

KI-generiertes Bild: Herkules mistet den Augiasstall aus

Lesen und Verstehen – Herkules mistet den Augiasstall aus

Auf der **Peloponnes** konnten beide Paare die Orte erkunden, wo **Herkules** die meisten seiner zwölf Taten vollbracht hat. **Hannah und Lucas** lasen ihren Mythologieführer, **Marcus und Tullia** zogen **Hygin** zu Rate, den sie stets bei sich hatten. Darin stand folgende Geschichte:

In Elide[1], ubi Olympia sita est, olim Augias[2] regnabat. Ei maximi greges armentorum[3] erant. Quorum in stabulo[4] rex copiam stercoris[5] altissime crescentem vidit servis non laborantibus. Hominem deis non adiuvantibus tam ingentem copiam tollere non posse agnovit auxiliumque ab Eurystheo petivit. Itaque Eurystheus Herculi imperavit: „Curre in Elida[1]! Veni Augiae[2] regi auxilio! Purga[6] stabulum[4] eius stercore[5]!“ Ergo Hercules mandatis difficilibus aut vi aut prudentia modo peractis statim in eam regionem rege auctore festinare debuit. Sole occidente iam procul stabulum[4] plenum stercore[5] esse et armenta[4] extra stabulum[4] iacere vidit. In via constitit secum cogitans: „Quomodo hunc laborem difficillimum praestare potero?“ Minerva[7] dea suadente subito ei consilium utile in mentem venit. Vidit enim Alpheum[8] fluvium prope stabulum[4] fluentem. Quo fluvio circumducto[9] aquam eius in stabulum[4] duxit omnibus portis apertis. Tum sub arbore consedit, dum aqua omne stercus[5] lente e stabulo[4] sustulit. Stercore[5] una nocte e stabulo[4] sublato Hercules iterum ad Eurystheum festinavit eique dixit: „Laborem peregi. Stabulum[4] purgavi[6]. Augiam[2] curis liberavi nullo me adiuvante.“ Eurystheus autem labore ab Hercule prudentissime peracto tamen ira motus nihil respondit. Compererat enim non Herculem ipsum, sed aquam fluminis stabulum[4] purgavisse[6].

1) Erläutere, inwiefern sich diese „Herkulesarbeit“ von den anderen Taten unterscheidet.
2) Schildere anhand des Textes das Verhältnis von Herkules und Eurystheus.
3) Suche Belege für den Gebrauch des „Augiasstalls“ als Metapher.

1 **Elis, -idis** *f*: Elis (Landschaft im NW der Peloponnes)
2 **Augias,-ae** *m*: Augias (Sohn des Sonnengottes Sol)
3 **armenta, -ōrum** *n Pl*: Vieh, Rinder
4 **stabulum,-ī** *n*: Stall
5 **stercus,-oris** *n*: Mist
6 **purgāre** (m. Abl.): reinigen (von)
7 **Minerva** (Göttin des Krieges und der Künste) [gr.: Athene]
8 **Alphēus**: Alpheus (Fluss)
9 **circum|dūcere** (hier): umleiten